UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sōkratus Scholastiku Kai Ermeiu Sozomenu Ekklēsiastikē Istoria

Socrates <Scholasticus>

Mogvntiae, 1677

VI. Quomodo Imperator interfecto tyranno, eos qui Synodo interfuerant, cunctosque pariter Christianos Arii opinionem amplecti coëgerit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14233

Visual Library

dem prælio ſuperatus eſt: paulo poſt A vero Procopium ab Agilone & Gomoario ducibus ſuis proditum, in poteſtatem ſuam redegit: quos quidem inuſitatis ſuppliciis interemit. Nam proditores quidem ipſos neglecta ſacramentorum religione quæ ipſis præſtiterat, ſerris diſſectos à medio ſuſtulit. Tyranni vero crura duabus vicinis arboribus inflexis cum alligaſſet, ipſas deinde arbores ramos ſuos in ſublime erigere permiſit, quæ dum violentius reſurgunt, Procopium diſcerpſére. Atque ita tyrannus duas in partes diſtractus interiit.

μάχην ἡττήθη· μετ' οὐ πολὺ δὲ, ζωγρήσας εἶχε τὸν Προκόπιον, Ἀγέλωνος καὶ Γομαρίου τῶν στρατηγῶν προδεδωκότων αὐτόν· οὓς καὶ ξέναις τιμωρίαις ὑπέβαλλε· τοὺς μὲν προδότας, ὑπεριδὼν τοὺς ὅρκους οὓς αὐτοῖς ὀμωμόκει, πρίοσι διελὼν ἀπέκτεινε· τοῦ δὲ τυράννου δύο δένδρων καμφθέντων γειτνιαζόντων ἀλλήλοις, ἑκάτερον σκέλος ἐκδήσας, ἐπικαμφθέντων ἀφῆκεν ὀρθοῦσθαι· τὰ δὲ ἀνεγειρόμενα, διέσπασε τὸν Προκόπιον· καὶ οὕτως ὁ τύραννος διχοτομηθεὶς ἀπώλετο.

B

Cap. VI.

Quomodo Imperator interfecto tyranno, eos qui Synodo interfuerant, & cunctos pariter Chriſtianos Arii opinionem amplecti coëgerit.

IMperator vero rebus tunc feliciter geſtis elatus, rurſus Chriſtianos exagitare cœpit, dum cunctos ad Arii ſententiam cupit traducere. Sed præcipue Lampſacena ſynodus eum ad iracundiam provocabat, non ob id ſolum quod Arianos Epiſcopos depoſuiſſet, verum etiam quod fidem Arimini expoſitam anathemate damnaſſet. Cum igitur Nicomediam Bithyniæ veniſſet, Eleuſium Cyzici Epiſcopum ad ſe vocat: qui opinioni Macedonianæ præ cæteris erat addictus, ut ſupra retulimus. Itaque Imperator collecto Arianorum Epiſcoporum Concilio, Eleuſium illorum fidei aſſentiri jubet. At ille primo quidem id facturum ſe negavit. Tandem vero cum exilium & bonorum publicatio ipſi intentaretur, perterrefactus Arianorum opinioni conſenſit. Sed mox facti ſui illum pœnituit. Reverſuſque Cyzicum, coram omni multitudine, vim ſibi illatam conqueſtus eſt: invitum ſe aſſerens, non ſua ſponte conſenſum præbuiſſe. Simul monuit, ut alium ſibi Epiſcopum quærerent, eo quod ipſe vi compulſus propriam fidem abnegaviſſet. Cyziceni tamen pro incredibili amore quo illum proſequebantur, alteri Epiſcopo ſubjici recuſarunt, nec permiſerunt ut is Eccleſiâ ſuâ cederet. Manſerunt itaque ſub ejus adminiſtratione, nec à propria hæreſi ullatenus diſceſſerunt.

Κεφ. ϛʹ.

Ὅτι μετὰ τὴν τοῦ τυράννου ἀναίρεσιν, πάλιν ὁ βασιλεὺς ἠνάγκαζε τοὺς τῆς συνόδου ἀρειανίζειν, καὶ πάντας χριστιανούς.

Ὁ δὲ βασιλεὺς εὐτυχῶς τότε πράξας, αὖθις κατὰ τῶν χριστιανιζόντων θορύβους ἐκίνει, πᾶσαν θρησκείαν ἀρειανίζειν βουλόμενος· μάλιστα δὲ αὐτὸν εἰς ὀργὴν ἦγεν ἡ κατὰ τὴν Λάμψακον γενομένη σύνοδος, οὐ μόνον ὅτι τοὺς ἀρειανίζοντας ἀπεκήρυξεν ἐπισκόπους, C ἀλλ' ὅτι καὶ τὴν ἐν Ἀριμίνῳ τῆς πίστεως ἀνεθεμάτισεν ἔκθεσιν· γενόμενος οὖν ἐν Νικομηδείᾳ τῆς Βιθυνίας, μεταπέμπεται παρ' ἑαυτὸν Ἐλεύσιον τὸν Κυζίκου ἐπίσκοπον· τοῦτον δὲ τῇ Μακεδονίου δόξῃ προσέκειτο μᾶλλον, ὡς μικρὸν πρότερον εἴρηται· καθίσας οὖν ὁ βασιλεὺς συνέδριον ἐπισκόπων τῆς ἀρειανῆς αἱρέσεως, συντίθεσθαι τὸν Ἐλεύσιον τῇ πίστει ἐκείνων ἠνάγκαζεν· ὁ δὲ, πρότερον μὲν ἀπηρνεῖτο· ἐξορίας δὲ αὐτῷ καὶ δημεύσεως ἀπειληθείσης, περιδεὴς γενόμενος, τῇ ἀρειανῇ δόξῃ συντίθεται· συνθέμενος δὲ, εὐθὺς μετεμέλετο· καὶ D καταλαβὼν τὴν Κύζικον, ἐπὶ παντὸς τοῦ λαοῦ τὴν βίαν ἀπωδύρετο, φάσκων τὴν συγκατάθεσιν ἐκ βίας, οὐ μὴν ἐκ προαιρέσεως πεποιῆσθαι· ζητεῖν τε αὐτοὺς ἕτερον ἐπίσκοπον, διότι αὐτὸς τῇ ἀνάγκῃ τὸ οἰκεῖον δόγμα ἠρνήσατο· Κυζικηνοὶ δὲ φιλοστοργίᾳ τῇ πρὸς αὐτὸν, ὑφ' ἑτέρῳ ἐπισκόπῳ τάττεσθαι οὐκ ἐβούλοντο· οὔτε μὴν ἑτέρῳ τῆς ἐκκλησίας παραχωρεῖν· [illegible]μένοντες μὲν ὑπ' αὐτῷ ταττόμενοι, μὴ μετατιθέμενοι δὲ τῆς οἰκείας αἱρέσεως.